

efficiendis; quas laudamus in aliis; quas licet non faceremus, tamen in partem accedimus ejus mali, quod illis inest, cum eas probamus in aliis. *Idem.*

Quid sciendum est de peccatis... Defendi sunt illi, quibus adfunt; hæc vero æterno sunt obruenda silentio; nisi necesse sit de illis loqui, ut eisdem medicina afferatur. Verum mementote, nunquam a nobis damari proximum nisi propter nos ipsos, atque secreta amoris proprii affectione nos affurgere prout illum deprimimus. Hoc præstabat Evangelicus ille Phariseus, qui se ipsum laudans, Publicanum vero contemnens in se Jesu Christi damnationem convertit: *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam ab illo. Abbas Trappensis Tomo 4. Collationum, collatione pro die Sanctorum Ordinis.*

Luo. 18.

Dei unius est iudicare.

Dei unius est iudicare, præsertim vero de hominum intentionibus. Hoc jus est essentiali divinitatis, & quod alienari non potest. Cor hominis sanctuarium est, quo præter Deum ingredi fas est nemini. Unus ergo ille motus hominis cognoscere potest; unus ille de eius intentionibus iudicare; & qui iudicium hoc sibi vindicat, hic Dei jurisdictionem usurpat, hic Dei sibi arrogat auctoritatem. Deus unus secretos conscientiarum nostrarum finus scrutatur; quæ ibi transiguntur, ad Dei unius tribunal pertinent; homines nihil ibi introspicere possunt. Verum est in terris constitutum fuisse penitentiarum tribunal, ubi hominibus permittitur esse iudicandi facultas, sed non nisi Vices illius gerentes, atque secundum nocentis ipsius testimonium possunt proferre iudicium. Peccator apud illos innocens est, statim ac se nocentem esse negat. Ad hæc ibi nequaquam supremum obtinet jus; eorum quippe sententia ad Dei tribunal provocatur. Heu! Domine, quam metuenda sunt iudicia tua; quomodo alios iudicare asum; quandoquidem alios iudicantes memet toti iudiciorum tuorum officio severitati? *Pat. Nepveu Tomo 3. Considerationum Christianarum.*

Injuria quæ proximo inferitur temerariis iudicibus.

Qui temere iudicat, non Deo solum, verum etiam proximo suo facit injuriam. Quodnam jus habet ille iudicandi? quomodo illi contulisti? Hoc non nisi a Deo habere potest; at Deus hoc illi palam interdicit? Attentus, & perspicax in vel levis, vel commentitius proximi tui defectibus, cæcus in tuis, qui veri sunt, & graves: *In quo iudicatur alterum, inquit Apostolus, te ipsum condemnas; tu enim temere de alienis criminibus judicantes nocentior illos, quem condemnas. Proximus tuus jus habet ad existimationem suam donec nihil operatus est palam nefarium; ideoque temerarium iudicium tuum, & contemptus, qui illud subsequitur, manifesta est injuria. Te rem putares, si obrectationibus tuis effecisses, ut frater apud alios existimationis suæ iacturam patere- tur; & innocens es, cum temerario iudicio, tuam illi aures existimationem, ad quam nihil minus juris habet? *Idem.**

Quid nobis sciendum est de cogitandis & cogitandis aliquid palam sceleratum inanis.

At enim, cum aliquem audio jurantem, blasphemias evoquentem, iræ fræna laxantem, vi utentem, aliaque id genus audientem video, numquid temere iudico, si hunc perperam agere censo? Attendite, si vobis lubet; si non possumus, neque debemus dicere huiusmodi actiones exterius malas non esse, ne illo percussurum maledictio, quod Isaias Propheta iaculatur in eos, qui bonum vocant, quod malum est; & malum, quod bonum; verum quod ad interiorem animi partem spectat, quis affirmare potest, actionem illam vere esse malam? Nostri illius intentionem, a qua tanta actionis bonitas vel nequitia pendet? Numquid ille non potuit rapi impetu iere naturali? nonne fieri potest, ut primus motus adeo vehementer spiritum illius perturbaverit, ut mali, quod committeret, omnem illi cognitionem absolveret? Quisquam scire potest, quid in hominis corde fiat, nisi spiritus, quo regitur, & animatur? Idcirco Dei filius non admonet, ne secundum faciem externaque species, quæ mendaces sunt, iudicemus, seu ut certiores sumamus regulas, ut iudicia nostra iusta, & æqua sint. *Pater. le Jeune. Presbyter Oratorii. Sermo hujus argumenti.*

Etiam argumenti continetur.

Verum seho exteriori pars quoque respondet interior, & homo re ipsa peccatum illud commiserit, propter quod eundem condemnas; namquid nosci quandoque restiterit antequam laboretur, & quoties e prælio victor discesserit antequam semel

vinceretur? Neque illud scis, quanto dolore fuerit post facinus patrum affectus. *Idem.*

Nequissimum iudicium est, ac improbitas non ferenda in deterioriorem partem interpretari, quod bene factum est, & credere, quod christiane charitatis actio sit injuria Deo illata. Si charitas in dubiis non cogit in innocentem partem inclinare potius quam criminis, & malum ipsum excusare potius, quam dammare, quodnam peccatum est cum actio sanctissima, laudibusque dignissima ad pravum aliquod consilium regendum speciosum esse prætextus putatur? Si charitas eadem nos jubet intentionem excusare, cum actio ipsa excusari non potest; quam horribile peccatum est, quam diabolica improbitas intentionem accusare, cum actio accusari non possit? Hoc tamen in mundo accidit frequentissime. Vides hominem piom crebro facris sese recitentem mysteriis, ac plurima alia bona opera efficientem, iudicis, hæc omnia ab ipso fieri, ut hominis boni existimationem affequatur, hæc dignitatem, quam petit, facile impetratur. Nonne verum est, quod licet in alio sentiu, dicit Sanctus Jacobus *facti estis iudices cogitationum iniquarum. Quam iniquos vosmet iudices esse ostenditis, quarum cogitationes iniustissime sunt, & ab illis alienæ, quas non charitas solum, verum etiam iudicia erga proximum vestrum a vobis requirit. *Idem.**

Inter omnia temeraria iudicia illud est nequissimum, quod aliorum intentionem accusat.

Etiam argumenti.

Hominum iudicia non admodum nobis negotium faciunt debent.

Jacobi.

Qui temere iudicat, sepe graviter peccat eo, qui iudicatur.

Prima temerarii iudicii origo est improba natura.

Primum de aliis fecerunt iudicium, non nisi obrectationibus, non nisi calumniis.

intinuat. Si teipsum diligenter inspexeris, a genocis te aliis oculis facta illius intueri, quem amas, aliis res gestas ab eo quocum tibi similes est; atque experientia duce deprehendes, id quod in altero laudas, in altero non ferendum tibi videri. *Idem.*

Si proximum tanquam nosmetipsos diligere mus, si tanquam nosmetipsos iudicemus, haud ita quidem nobis rationes ad eundem excusandum desistent. Bone Deus! quam indiffertis sumus; ut nosmetipsos probemus, atque a nobis crimina avertamus! Quam bene defectus nostros dissimulare didicimus! Hoc ipsum proculdubio pro proximis nostris efficeremus, si quemadmodum divina lege jubemus, illos æque ac nosmetipsos diligere mus. *Idem.*

Deus, conscientia, mundus sunt actionum nostrarum iudices, arbitricque. A Deo iudicari totum est; hoc est decretorium iudicium; a conscientia quæque sua iudicari; aliquid est, sed iudicari a mundo, fere nihil. Mundus in iudiciis suis adeo mobilis est, ut hoste condennet, quod cras est probaturus; atque illi rebus in omnibus placere velle, est temerarium esse, audeam, impium; homines ita facti sunt, ut perfectissima virtus illis nequaquam defectibus vacua videatur. Semper aliquid, quod obijciatur inveniunt; modo illam nimis adfectant esse dicunt, modo nimis naturalem putant; nunc illam avartitæ infimulant, nunc hypocrisis velatum criminantur. Hæc honestorum hominum fors est ab ignavis, cupidisque animabus iudicari, quibus nihil probatur nisi quod ab eorum non ablutit ingenio. *Auctor Admonitionum Christianarum Tomo 3.*

Qui viderit Sanctum Joannem neque bibere, neque manducare, illum magnum esse debentem cum demonibus habentem commercia, & qui Dei Filium intebatur communi sese vite accommodantem, ubique illum voluptatis deditum esse, ferebant. Post hæc quis adeo sanctus est, qui virtute sua adeo pravus hominum ingenii satisfeceret, se posse confidat? Quanam præsumptio est, hoc ipsum de seipso sentire? Quisquam ille est, cuius vite ratio ita sit frangi, & sancta, ut censoriam notam non extimecat; de illis etiam loquor, qui pro ceteris magis chordati sunt, magisque virtutibus præditi. *Idem.*

Si temerariis iudicis nulla unquam esset obrectatio. Vin obrectationis demonem superare, Sanctus Joannes Climacus inquit, ne iudices unquam male de proximis actionibus, peccatum nunquam acceptum referas homini, qui peccata vitæ illud, sed demoni, qui illud iustit. Ne consideres sumum actionum fratris tui, secretum eorum lumen pro vitibus detege; si enim pluri occurrunt nefarii peccatores externam virtutis speciem præferentes; videntur etiam quampures viri boni cum Jesu Christo, qui peccatores sint, imaginem peccati gerentes. *Idem.*

Levibus innixi conjecturis de fratribus nostris iudicamus, quia vel ignorantia, vel affectum, vel infirmitatis humane rationem habemus. At enim, lucis meridiana clarior est, homini illi prava inesse studium. Heus tu, qui nosti? Numquid ille tibi suum cor aperuit? & licet ille tibi cor suum vel factis, vel verbis aperisset, qui scis utrum vivendi rationem immutaverit? Phariseus quoque ipsum de Publicano dicebat, & Phariseus alter de Magdalena licet ad Jesu Christi pedes provoluit. Attamen Publicanus ille qui tanquam surdus & adæter tradebatur, nequaquam talis erat apud Dei Filium; & malus, quæ peccatrix, & libidinosæ habebatur, neminem ultra nisi Deum diligebat. Cor igitur esse simpliciter tantum specie de fratribus nostris iudicamus? Si eorum actionem excusare non possumus, saltem excolemus intentionem; si locus ultra non patet, ad actionem, vel intentionem proximi nostri excusanda, illius infirmitatem ploremus; sed nosram quoque ploremus, quod fortasse in graviora scelera nos egisset præcipites, nisi majores nobis, quam illi gratias divina contulisset misericordia. *Auctor Sermone Christianarum; Sermo de viciis humane improbitate.*

Hæc est humane mentis nequitia, nolle nequaquam iudicari; & omnes iudicare velle. Nemo vult ob sua vitia redargui, & adeo facilis, ac temerarius proximo suo obijci vitia; quamobrem Tertullianus ait, duplici excitatione genere mentem humanam esse percussam, altero quidem, quia quod

Improbitas humane spiritus, qui vult omnes iudicare, & a nemine iudicari.

est, minime videt, altero vero, quia videt, quod non est: *Non videre, quæ sunt, videre, quæ non sunt.* Alterum illud respicit veritatem, eamque pati nequit; alterum vero ibi illam supponit, ubi non est. Hoc autem inde oritur, quia duæ res nobis veritatis cognitionem possunt auferre, vel nimia obiectorum proximitas, vel eorum longinquitas nimia. Cum obiecta nostros attingunt oculos, illa non videmus; cum nimis distant, illa similitur, nisi confusæ, nequaquam videmus. Amoris proprii cæcitas est nosmet nobis admoveat, & ab aliis quibuscumque rebus semovere; hinc accidit quod cum nullum sit spatium inter nos, & alios liberam, ut pariter de adionibus illorum iudicemus, ac præsertim de eorum corde, quod additum est, proprios defectus nostros agnoscere nolamus, in aliis vero maxime voluntas deprehendere; non videmus id quod est, & quod non est, videre arbitramur. *Idem.*

Non desunt temeraria quædam iudicia, quorum effectus terribiles sunt; namque diffidia, odia humanam societatem perturbantia, & extinguunt charitatem, ut plurimum ab secretis quibusdam oriuntur verbis, quæ nobis elabuntur; hæc autem imprudentia verba est temerariis professio iudicis, quæ intrinsecus animo concipiuntur. Initium ducitur temere iudicando; quod per se iam gravissimum malum est; deinde vero per effusivam quandam nobis ingentiam temere loquimur, & hæc verba per aliorum ora feruntur; atque ut plurimum infelici progressu plurius mentes corumpunt; ita ut temeraria iudicia fortasse prima sit aliquid causa damnationis multorum. Ad hæc animadvertendum est, nos passim intra simplicitate iudicia nequaquam subsistere, a cogitationibus mentis ad cordis motus fit transitus; odium, & contemptum in illos concipiunt, quos leviter damnavimus; & hoc habet sensus alios etiam inspiramus; & hoc pacto in illis, & nobis charitatem, quæ vita est nostrarum animarum, extinguimus. *Essai de morale, Tomo 3. Traict. 5.*

Credimus temeraria iudicia erga viventes detaxat esse vitanda, eos vero, qui ad plures abire, hominum patere iudicis; quia iudicia hæc illis amplius nocere non possunt. Verum sententia hæc æque fallax est, ac rationes, quæ excogitantur, ut colore aliquo imbutur. Iudicium temerarium esse vitandum malum est, quia est Dei veritati contrarium; quæ ratio in videntibus æque ac mortuis locum habet. Ad hæc verum non est, nos ab illis penitus esse separatos; si commercia, quod istuc inter nos habemus, eorum habita ratione, cessavit, nexus tamen, quem cum illis habemus, subsistit; ac tantum abest, quod nobis majus sit jus eos damnaudi, quia mortui sunt, ut immo multo sit minus; quia tempus mortis illud propter est, quo Deus suam exercet iudicium, & quo hominum iudicia locum non habent. *Idem.*

Vulgo fides non est adhibenda narrationibus, quæ nobis obtruduntur, quia perperæ sunt ad unguem veræ, quemadmodum quotidiana docetur experientia, si serio animum vellems advertere. Sæpe etiam cupiendum est, ne agere te neamur secundum huiusmodi fundamenta. Huiusmodi narrationibus minus, quam fieri potest, credendum est, ac animus semper paratus esse debet alacriter excipiendæ impressioni contrarie, si quando auribus nostris acciderit aliquid, quod illas evertat. *Idem.*

Immites fratrum vestrorum censors, ex vobis intelligere vellem, quis vobis hanc iudicandi potestatem contulerit? Numquid Deus? At ille hoc pluribus Scripturæ locis interdicit. Numquid Salvator Deus, & Homo? At vos monet ne secundum faciem iudicetis. Numquid Sanctus Paulus, aut alius quilibet Apostolus? At ille ex vobis querit quo iure audeatis alios iudicare? Quis ergo tu es, ut iustriam hanc tibi vindices licentiam iudicandi fratrem tuum, atque ad tribunal tuum alienum servum accersendi? Tu quis es, qui iudicaturus servum? Sed nescis ille, seu eadem eadem, seu in officio maneat, seu ab eodem recedat, Dominum suum habet, qui supremus est omnium hominum iudex: *Domino suo stat, aut cadit.* Hujus est, & principium, quibus hic suam consulit auctoritatem, ea, quæ vel bona recerit, vel mala, ad examen vocare; tu vero nullam in istum habes jurisdictionem. *Ex morali Dictionario, Sermo primo de temerario iudicio.*

Temerario iudicio non est extirpandum.

Neas est tenere suam dicari de mortuis.

Judicandum non est extirpandum.

Non intellexit hominibus proximo iudicare.

Ad Rom. 14.

Injuria, que proximo inferitur temere judicandum.

O deplorabilem humane conditionis sortem! O funestum effectum facilitatis, & proclivitatis, qua temere de aliis judicamus! Sicut ac mens ipsa preoccupata est, ad cor virus pertransiit. Vulgo odimus, & amamus, quod odio, vel amore dignum censuimus. Cum ideo, quam de alio concepimus, eidem iussuratur, ad illum amandum, ac in pretio habendum rapimur; cum vero eidem officit, patens est via ad illum contemnendum, & odio prosequendum. Mens, & animus sibi invicem virus propinant. Hinc oritur earum rerum contemptus, quæ proximum excusare possent, hinc sollicita illa perquisitio levissimarum circumstantiarum, quæ eidem adversantur; hinc improba illa industria, qua levissimas quaslibet conjecturas exaggeramus; fuga probationum, atque rationum, quæ illius apologiam possent contexere; hinc studium illud, quo levissimos quoslibet defectus amplificamus, quibus ne animum quidem adverteamus, si oculus simplex, rectumque cor nobis inest. Spiritus veneno inflcit animum; animus cor ipsum corrumpit; & ab alterius cogitationibus ad motus alterius facilis transitus patet. Idem. Qui conscientiam suam regere student, haud ita facile temerariis implicantur iudiciis. Quin suas cogitationes transmittant in proximorum actionibus, atque cogitationibus inquirendis, seipos excutiunt, ut suæ vitæ rationem reforment, ac dirigant. Inertes animæ, & salutis suæ curam negligentes in altarum examine detinentur; nisi illos excipere velit, qui seu in re publica, seu in familia hoc facere tenentur, ut eo munere perferantur, cuius meliorem partem alienorum morum vigilantia constituit. Hi quidem cum iustitia, & charitate suam manus adimpleant, & postmodum in seipos suas cogitationes, curaque convertant. Idem.

Cavendum est, ne prebeamus occasionem de nobis male iudicandi.

exiendum arguendum continuate

Non iudicandum ante tempus.

tamen hærent in accipere, neque de statu cordis penitentium iudicare norunt; vos autem de re adeo difficili iudicium ferre vultis ex conjeduris, quæ ut plurimum in vestra tantum imaginatione subsistunt, & quas sola improbitas vestra confirmat. Ibidem pro Dominica 5. post Epiphaniam. Ut æquus de interiori aliusque parte iudicium ferretur, omnes illius animæ sinus exploratos omnemque vitæ illius statum compertum habere necesse esset, atque omnem illius vendendi rationem cognoscere; sed cum nonnulli confusius, atque intra certos dumtaxat limites videatur, tuto ne ferri possit iudicium? Secretum meum mihi aiebat Isaias Propheta. Nemo ita perspicax est, ut illud valeat perferutari. Si de fratribus vestris iudicare vultis, Sanctus Paulinus aiebat, vestris ultimis cogitationibus, ut omnia in eorum gratiam convertatis. Voluntarios, & charitate referos errores vobis conatitate, ut in ipsis etiam pravæ actionibus aliquod innocentis velignium deprehendatis. Ex cogitationum nostrarum fallacia, & luminum nostrorum mediocriter fructum aliquem percipiamus in charitatis exercitium impendentes ignorantiam, qua nobis veritatem abscondit. Quam digni laude esseamus, si de fratribus nostris bene sentiremus tunc etiam, cum illi deficient? Quis enim eorum intentiones intelligere potest? Quis scit, utrum Deo eorum lapsus permittat, ut illos per penitentiam sanctificet? &c. Ibidem pro decima post Pentecostem Dominica.

Aliorum testimonium nequaquam solidum est fundamentum, ut de alicuius vitæ flagitiis feratur iudicium: & constat ratio; eorum enim, quæ dicuntur peraque verba non sunt, tunc vero præsertim cum proximi exiultationem læsent. Aliqua semper animi agritudo nos agit, ut cum de aliquo verba facimus, malum exaggeremus; & ubi animi agritudo invenitur, ibi non deest cæcitas; atque ubi cæcitas adest, nulla ibi amplius cognitio est, ratio nulla. Si quis iudicasset Jobum ex optimorum amicorum eius testimonio, tunc cum jacebat in sterquilium; nemo non improbum scelestumque hominem iudicasset. Si amicorum testimonium ita fallax est, quid erit eorum, qui vel non amant, vel etiam oderunt? Attamen facti species, & aliena fides duo sunt fundamenta, quibus hominum iudicia inniuntur, Ibidem pro feria tertia hebdomada quarta in Quadragesima.

Temere iudicatur, quotiescumque in malam partem, quam bonam partem de iis, qui non agnoscuntur, iudicatur. Quotiescumque de hominibus secundum transacta vitæ flagitia, non autem secundum præsentem conversionis, & penitentia statum feratur iudicium. Quotiescumque homines boni, atque latenter piam sanctamque vitam ducentes nequaquam meliores improbis, nefariisque hominibus existimantur. Quotiescumque ipsa cogitatione aliena vitæ arguentur, atque leves defectus tamquam gravia scelera habentur. Quotiescumque in deteriore partem explicantur bonæ illorum actiones, qui in vitis vixerunt, & per hypocritarum factæ ducuntur postquam illi, qui sese vitis addiderant, ad frogem reversi sunt. Temerarij censorios eo severius de alijs iudicant, quo magis statum, in quo ipsi sunt, ignorant. Sed adhuc nocentior est illorum temeritas, cum hypocritis nomine redargunt insignem bonorum pietatem, ut impij, ac temerarij iudicij illi, qui de mundi Salvatore eximia operante miracula dicebant: Nos scimus, quia homo peccator est. Neque temeritas deest cum de iis etiam actionibus, quæ nefariorum videntur, iudicatur; quippe actiones quædam esse possunt, atque re ipsa bonæ, sanctorumque sunt, licet improbe videntur. Hoc enim in mundo omnia ita permixta sunt, ut sæpe sancti pro iccelentis, scelestisque pro sanctis habeantur. Liber, cui titulus: Bellum vitis iudicium. Trahatu hujus argumenti.

Non minus Dei iudicia imitari, quam eadem meture debemus; cum enim in eos tantum sint tridubia, qui quod ipse iubent, non faciunt, semper æqua sunt animabus eorum iustitiam metuentibus, eorumque rationem imitantibus. Quomobrem prima ratio temeraria abiiciendi iudicia est nunquam de illis iudicare, in quos nullam auctoritatem obtinemus, & cum iudicium ferre non cogimur; Deus enim, licet supremus sit Dominus, nunquam sine auctoritate, iudicat & necesse est. Nolite igitur iudicare, inquit magnus ille vivendum, & mortuorum Iudex, & non iudicabimini hoc

De hominibus conscientia iudicari non potest, neque eorum delictum fecerit a cognocti 1561 24.

De nullo iudicandum ex aliis narrationibus.

Quando, & quibus in occasionebus temeraria committantur iudicia.

Joan. 5.

Dei iudicia nos cognant, ut a temerariis iudicibus abhorreamus.

hoc est, non condemnabimini eo quod male iudicaveritis. Ratio altera est, nosmetipsos iudicare, ut in vitiorum nostrorum cognitione humiliemur, & corrigamur. Si enim ita nosmet iudicemus; Deo quod iustum est redderemus, & quamdam illi satisfactionem speciem offereremus per jucundam. Sanctitatem, quam in suis iudiciis exercetur imitatur, & a iustitia illius neque iudicatur, neque damnamur. Si nosmetipsos iudicaverimus, non utique iudicaverimus. Ratio tertia est, de infirmis in æquiore partem semper iudicare, quia in eorum lapsibus plus semper imbecillitatis est, qua excusentur, quam improbitatis, qua dampnentur. Sæpe nosram cogitemus infelicitatem, ut excusemus alienam; alijs enim aliquando tentamur, cum nos minime tentamur, vel cum minori vi, quam illi tentamur: Considerant te ipsum, ne & tu tentaris. Idem.

De peccatoribus, & damnatoribus iudicibus.

Alijs facile evitandum vitiorum nomine infirmum, quibus nos sumus devotiores.

In generali reformandum, & confirmandum omnia temeraria iudicia.

In defectibus alienis periculis, in proprijs cæci latuimus.

luct. Pespacissimus in iis, que ad alios pertinet, in iis vero, que sua sunt, cæcos. Aliorum vel minimos defectus intuetur? gravissima etiam scelera sua non videt; detegit quidquid domi alienæ fit, nihil illius vel cognitionem fugit, vel censuram. In mente sua tribunal constituit, iudicaturus, & damnaturus quidquid ab alijs fit, & cogitatur; at nunquam ad se redit, ut se ipsum excusent, ac pravio conscientia suæ examine terribile iudicium prævertat, quod de omnibus actionibus suis faciendum est. De La Volpière, Sermon hujus argumenti.

Rerum mira perturbatio! ultra alios iudicamus, quod minime licet; quod vero jus, & fas est ægerrime nosmetipsos iudicamus. Duplex malum non aliunde profectum, quam ex ingenio in alios quidem austerissimum, in nos vero indulgentissimum. Magna hæc auferitas efficit, ut alienam vivendi rationem seruetur, eam damnatori; magna hæc facit indulgentia, ut nostra dissimulemus vitia, ne illa corrigamus. Ingenium itaque immuemus, legi, quam nobis præscribit Evangelium, obtemperaturi. In nos eam exercemus severitatem, qua in proximis utimur, ut nosmetipsos iudicemus, atque dampnemur; verum simul in proximis eam exercemus indulgentiam, qua in nos utimur, illius errata excusemus, illius infirmitatem misereamur. Idem.

In iudicijs nostris perquam cauti sumus; quippe cogitationes nostræ intra exiguos sane fines continentur, & parum certæ sunt. Tempus aderit, cum iudicare licebit; quod tunc fiet, cum Deus eorum secreta revelaverit, abditissimisque eorum sinus mortalibus aperuerit. Cur tempus hoc prævertamus festinatim, temerarijque iudicij, ac nosmet in periculum obicimus de nimia hac festinatione, quibus semper ex nequitia cordis proficiscitur, insimulandi? Ne iudicemus igitur, ne aliquando & ipsi tamquam audaces atque temerarij iudicemur; ne nobis vindicemus quod Dei unus est. Ad veritatis lumen pertinet ferre iudicia. Essais de Morale, Tomo 3.

Occurrunt vobis aliquando fortasse homines, qui virtutem profitentur, & qui fucato zeli prætextu secretam tegentes superbiam se ipsos magistris, iudices, censorisque constituent. Prævum in semetipsis tribunal erigunt, ubi omnes aliorum actiones iudicant, & vulgo damnant, quidquid a sensibus suis est abnorme; hoc est quidquid suo adversatur ingenio, fæque libidini, quasi pene ipsos aliorum esse arbitrium, ipsorumque iudicium norma esse recti, ac iusti. Brevi.

Non desunt qui tuto se iudicium ferre posse arbitrentur de aliorum corde ex proprio; sextentis in rebus hypocritæ, sextentis in occasionebus assententios, sextentis in circumstantiis dolosi facile hos alijs sensus appingunt; ex corde suo quamdam veluti clavem concinnant; ea aliena referent corda; & quoniam nonnulli cordis fali motus scrutati sunt, putant se alienos cavere. Hæc temeritas, & error est. Quodlibet cor suum habet speculiares motus illi uni compertis Opifici, a quo facta fuerunt; ideoque Deus singulis hominibus regula corda distribuit: Qui fingit singillatim corda eorum. Auctor Anonymus.

Deus nequaquam iudices vos constituit, ut aliena peccata vel damnaretis, vel puniretis. Nequaquam vobis ille præcepit, ut diligenti examine omnem vitæ alienæ rationem inquirereretis: sed hoc præcepit, ut vosmetipsos, non autem ut fratres vestros iudicaretis. Si nosmetipsos iudicaverimus, Sanctus Paulus ait, non iudicabimur. Vos contuditis, & perturbatis ordinem, quem servavit Dominus iuber; peccata vestra graviora, vel levia pro nihilo habetis, minima vero aliorum errata censoria severitate notatis. Cesset aliquando tantum hoc mali; in corde nostro constituamus tribunal; simus nostri accusatores, iudices, ac testes; & propria crimina in nobismetipsis puniamus. Idem.

Ob hanc rem Phariseus Evangelicus inique iudicavit: Publicanum videns, eique professionem considerans illum furem censuit. Hic homo publicas exigit pecunias; illas a populo ultra fas, & jus extorquet, ac nomine, & auctoritate Cæsaris utitur, ut sextentas patret iniustitias. O furem! Attramen asertus hic fur in Dei iudicio, qui unus cordes latebras scrutari potest, laudibus celebratur, & hic Phariseus cum suis elemosynis, jejunijs, ac in decimis perfolvendis diligentia, vituperatur. Post

Ultra alios, ægre nosmetipsos iudicamus.

Ante tempus nos est iudicanda.

Homines pii facile de alijs iudicant.

Non precepit nobis Deus, ut alios iudicemus.

Temerarij iudicium de hominibus, & eorum professionem iudicare.

huc ne judices in deteriorem partem de aliquo propter illius professionem; ne in univrsam Communitatem rejecias privatorum quorundam flagitia; ne utaris coniecturis, testimoniis, vestigiis indubibus, ut proximum tuum vituperes. *Joly Tomo 3. Propos.*

Valentinianus Imperatoris exemplum.

Sanctus Ambrosius Valentinianus Imperatoris eloquium contempsit hoc illi vertit laudi, quod nunquam temere de proximo judicaverit, atque ferius, quam fieri poterit penas sumferit eorum delictorum, in quae subditi lapsi fuerant. Erantne juvenes? Affectu eorumdem furori, modice experientia, vivido ingenio acceptas eorum culpas referebat. Aetate proventus erant? Sibi persuadebat eorum infirmitatem, atque caducitatem illis quoddam excusationis genus praebere: illos forsitate diu resistisse, ac tandem victos cessisse. Pollebant auctoritatem? Auctoritatem hanc magnam putabat peccati illecebiam, vehementemque tentationis speciem, ut praevertentur, Nolle habebant? dicebat, diffidentem metum, vel aliis placendi studium illis in hac mala impulisse. Denique intentionem semper ab actionibus pravissis sequebat, dicebatque, si quid in iudiciis, quae de aliis fierent metuendum erat, minus metuendum esse esse non bonum crederetur, quod malum erat, quam ne malum, quod erat indifferens. *Idem.*

Cum iudicandi facilitas laequetur, in quem omnino fere mortales lapsus facile vidit Deus, ita nullum peccati genus est, de quo ille aperius differat. Prohibet Jesus Christus ne iudicemus, ac proficitur de nobis eodem pacto iudicandum esse, quo nos de fratribus nostris iudicaverimus.

*Matth. 7. Noli iudicare, et non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaveris, iudicabimini. Et alibi: Noli iudicare, et non condemnabimini. S. Iacobus hoc ipsum veat, cum ait: Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legem, et iudicat legem. Quod si iudicas legem, iam non es obsequens illius, sed eiusdem te iudicem facis. Potestne magis explicitis verbis os obstrui illis, qui proximum suum iudicare contendunt, eisque majori vi, aperiusque interdici voluptas qua perfungunt, cum iudicant, vel cum colloquuntur de aliorum erroribus, seu veri illi sint, seu commentitii: *Abbas Trappensis Tomo 4. Collationum.**

Ad temeraria iudicia evitanda imitanda ratio est, qua egit Dominus in Sodomorum scelere avertens. *Gen. 18.* Ad temeraria iudicia evitanda imitanda ratio est, qua egit Dominus in Sodomorum scelere avertens. *Gen. 18.* Ad temeraria iudicia evitanda imitanda ratio est, qua egit Dominus in Sodomorum scelere avertens. *Gen. 18.*

Cum sincera hac ad eum cordis humilitas, & hac perfecta charitas, quam Jesus Christus esse vult quemdam veluti characterem, ex quo sui veri interrogantur Discipuli, & sine qua nulla virtus est: tunc propriis corrigendis imperfectionibus ita vacamus, ut ne cogitemus quidem de alienis; optimas qualesque actiones nostras deficere agnoscamus, caterisque nobis meliores putamus. Sicut nobis rationes suggerit charitas, ut id excusemus, quod rationabiliter approbare non possumus. Nostra superbiam, propriumque cordis improbitati acceptas referimus minus aequas de proximis nostris cogitationes; temeritatis, atque iniustitiae nomine damnamus iudicium, quod aliis parum utile sit, & quin in sequiorem partem interpretemur, ut olim Pharisaei, actiones, quae oculis nostris nihil non laude dignum exhibent, ad bonam confugimus intentionem. Sanctus Bernardus ait, cum in facto ipso nihil boni invenitur. Ita agere, & cogitare debet quicumque Iesu Christi spiritui animatus est. Si vobis reddenda non est de alienis moribus ratio, in id unum incumbite, quod necessarium est ut ubique bene audiat, ac bonum praebeat exemplum, &c. *Pater Grosset in Spiritualibus Considerationibus.*

Qui charitatem & humilitatem habet, hic male de proximo non iudicat.

Ne ille quidem vehementer erraret, qui charitatem putaret virtutem afferantem, quae ne aliquem laderet, omnia, ipsas etiam imperfectiones laudibus celebraret. Vitium vituperandum est, damnum est; ac christiana charitas praecipit, ut semper parcamus personae, & miseremus peccatoris, dum peccatis non parcimus. Humani cordis nequitia efficeret debet, ut nunquam sentibus nostris fidamus in id tendentibus, ut temere iudicemus, vel aliorum vitam censoria nota perfiringamus. Secreta, improbaque necio qua voluptate perfundimus, in aliis ea detegentes vitia, quibus nos carere opinamur. Hic praesentis gradus, quo proximum superare credimus, mirum in modum aliet cor, quod supra ingenio tumidum est, & quemadmodum speciosus zeli, & pietatis praetextus sese vulgo hinc praetextationis iudicis committit, improbam hanc voluptatem minime abijicimus, immo tranquille fovemus. *Idem.*

Charitas generatiam quidem virtutum vituperare debet, quia de aliquo temere iudicat.

Qui Dei spiritum caret, vulgo in deteriorem partem accipit iustissimas, optimalaque actiones, quod in Sancti Lucae Evangelio videmus, cum mulier peccatrix, quae audivit Iesum apud Pharisaeum ibi conaturum diversis, illuc inguenti phialam attulit, ac retro stans illius pedes copit lacrymarum imbre rigare. Mulier hac suam charitatem, & reverentiam testata est; sese ad Filium Dei pedes prostravit summo dolore acta, ac caelestem suorum poenitentia ducta. Hoc illi Iesus Saluator imuliterat, at tamen Pharisaeus iniquum de eadem profert iudicium. Si homo iste, inquit, esset Propheta, sciret, illam, a qua attredatur, mali nominis esse mulierem. Sed Saluator, qui eandem melius cognoverat, longe aliter eam iudicat; huius enim loquax iniquitate lacrymarum effusus imber elueat, & amoris, atque poenitentiae magnitudo deleverat. *Amando veritatem lavit lacrymis maculas criminis. Hoc exemplum solatio semper illis futurum est qui in iis, quae pro Deo cultu, & gloria operantur, falsa iudicia, censuram, atque damnationem aliorum demerentur. *Abbas Trappensis in Moralibus Considerationibus in sancti Lucae Evangelium.**

Saepe de multis sanctis iudicantibus operantibus temere iudicamus.

Temere de alius iudicare iniquitas est.

Temerarium iudicium est iniustitia levissimorum quoque Tyrannorum superas iniustitiam; hoc enim est vim facere ei rei, qui in hominibus maxime libera est, & a nullo pendens, videlicet eorum cogitationibus, consiliis, secretissimis quoque abditissimisque intentionibus; ideoque hoc est sibi illud vindicare jus, quod ad unum pertinet Deum qui quatenus supremus verus Dominus duo potissimum sibi reservavit, quae nulli participant auctoritati concedere voluit; Ultionem videlicet; Mibi vindicta; & ego retribuam; & iudicium cordis alieni: Quis est, qui iudicet alienum servum? .. Dominus autem intuetur cor. Haec duo sunt veluti regni ipsius iura, quae alienari non possunt, haec duo signa sunt, quibus supra eius auctoritas a reliquis quibuscumque distinguitur. *Auctor Sermonum in omnia Epistolae Christianae argumenta Tomo 3. Dominical.*

Temerari iudicium nullus habet fines.

Reliqui iudicis singulis suos habent cancellos, intra quos eorum auctoritas coarctetur. Non iudicant de rebus omnibus; sed de quibusdam tantummodo casibus, & negotiis; immo tunc etiam ab eorum sententia licet provocare. Sed qui proximi sui iudicem se constituunt, sibi hanc arrogans auctoritatem, nullos fines illi praescribit; decretoria de qualibet iudicat; definit, quod virtus fit, quid vitium, probat, vel damnat quodcumque sibi placet, quin aliam sequatur regulam, aliunde principium quon libidinem suam, quae ipsi loco est quaestio, probatio, ac testium. Ille solus Senatam componit, quemadmodum olim de veteri quodam Iudice dicebatur, cum hoc tamen discrimine, quod insignis huius Iudicis prudentia tantam illi exstimationem, tantamque concilia-verat auctoritatem, ut mortales omnes, in illius sententiam abirent, simulque de re quapiam sententiam protulerat; cum interim imprudentia, levitas, testinatio temere iudicantis semper efficiat, ut iniquum hic ferat iudicium propter defectum luminis, & cogitationis.

Discrimen inter iudicium temerarium, & eorum, quae ab omnibus iudicantur, tenentur.

In iudiciis, quae inter homines transiguntur, iudices antequam nigrum thiba ferant, nihil intentatum relinquunt; certas probationes exquirunt, testes postulant qui audiunt, & interrogant, atque ex nocentis ipsius ore extorquere conantur criminis confessionem, vel saltem indicia, quae illum de se gere valeant; at qui temere iudicat, hos omnes

Sine iudicia non licet alius commuticare conceptam de aliis iudicacionem.

Saepe male iudicatur de piozum hominum vita.

Temere de alius iudicare iniquitas est.

Matth. 17.

Qui temere de alius iudicat, vel ego eorum de illis male loquantur.

omnes ritus contemnit; levissimae species, & conjecturae gravissima eidem videntur argumenta. Aequivocis innixi circumstantiis iudicant quae in urramque partem accipi possunt; incertis incumbunt testimoniis, quae cum praesidio absentis, qui causam suam perorare non potest, adiuvant. *Idem.* Quamvis dilectissimi, quae ex aliorum narrationibus de proximis nostris moribus concepti potest, omnino interdicitum non sit, quemadmodum antea dictum est; & illa inevitabilis sit, atque involuntaria; eam tamen ubi confiditur, atque ad semper licet; pauci enim ibi confidunt, atque ad damnationem usque nequitiam procedunt; & longe pauciores sunt, qui ab istis non recedunt. Praeterquam quod nocuae huiusmodi impressiones non ita facile reparantur; quod tamen praestare nemur: ubi constat de eorum innocentiis, quos in suspitionem adduximus; eorum tamen in istis, qui huiusmodi suspitionibus commoti fuerit, in eas tenentur quamdam proclivitatem retinet, ac ultra in sequeiorem partem interpretatur actiones, quae per se neutrae sunt, atque conceptui, quem animo imbecundat, obsecundat. Itaque magis opus est caulis ad hoc ut aliis suspiciones nostras communcemus, non secus ac rumores, atque enarrationes, quae omnino certae non sunt. *Auctor Anonymus.*

Non desunt, qui sibi jus vindictae adhaerent iudicandi de vita eorum, qui Deo tanulari contendant, atque de his tanta certitudine loquuntur, ac si cordis eorum sinus palam scrutentur. Secretissimas eorum cogitationes interpretantur; eas, quas non habent, illis appingunt; ac saepe volunt, ut quod divino afflatus nomine operantur, affectuum suorum agant impulsu. Itaque nulla virtus est, quae temerarium hoc iudicium possit evadere, nulla pietas quantumvis subtilis; quae impune non corrumpat. *Abbas Trappensis in Moralibus Considerationibus in Evangelium sancti Matthaei.*

Quoniam iure homines, quorum lumina adeo exigua sunt, ut reputari veluti tenebrae possint, & quorum tanta obscuritas est, ut nihil nisi lumina cum incertitudine cognoscere dici queant, iudicandi licentiam sibi arrogat; quandoquidem eorum iudicia vel falsa vel incerta sunt, & de cognitionibus eorum. Propheeta tuus, Domine, te lumen esse profiteretur; teque obsecrat, ut tenebras ejus illumines, ut ex iis evadere tentationibus valeat, quibus impeti potest. Ipse suam agnoscat infirmitatem, cum nihilominus spiritu tuo repletus sit, neque agat nisi per eos motus, easque impressiones, quas in corde ejus immitit: *Quoniam tu illuminas lucernam tuam Domine: Deus meus illumina tenebras meas. Homo vero, qui sua regitur cupiditate, & cui saepe animi aegritudo facem praefert, audacter de honore, spiritu, scientia, virtute, pietate, sapientia, consiliis, intentionibus, & secretissimis affectionibus ejus iudicant, de quo nihil nisi ex vagis rumoribus, a quae inanis narrationibus nulla auctoritate suffultis accipit. *Idem.**

Quidam de omnibus male iudicant atque aliorum defectus corripunt, charitatem praetextentes, qua ad salutaria illis praebenda monita ducuntur; cum interim nihil minus in corde gerant, quam quod extrinsecus praestitit ferunt. Hi sunt severi censores; non solum omnia in deteriorem partem detorqueunt, verum nihil praemittant, quod summa cum severitate non improbet. Ob levissimos defectus in clamores erumpunt, cum interim distant iniquitate; verum mirum esse non debet si trabem in oculo suo minime videant, quantumvis immodice sit magnitudo; superbia enim, quae tumet, proprium est, oculos hominum in alienis aperire defecibus; hos agere, atque multiplicare; cum interim eorumdem oculos claudat ne propriam infirmitatem agnoscat. Ita fe de aliis ex semetipsis iudicant, eosque iisdem obnoxios defecibus censeant, quorum ipsi rei sunt, seu per ingenii sui improbitatem male semper de aliis suspiciantur; nunquam de aliquo aequum iudicium ferunt; atque intrinsecus cultibet obsecrant, antequam extrinsecus illos improbent, ac de illis juxta conceptam animo opinionem loquantur. *Idem in Considerationibus in D. Lucam.*

Salvator verat ne privati non autem magistratus iudicarent.

SUPPLEMENTUM.

VOmetipfos consulite. Pliceretne vobis intueri deformatos? Scire, homines, quibus vobiscum nulla intercedit relatio, vel saltem, quibus nulla a vobis ratio reddenda est, omnia secretaria vestigia vestra, secretariamque habere nomenclaturam eorum, cum quibus versamini, locorum, quos frequentatis, verborum, quae vobis exidunt; eisque quemcumque velit sensum appingere prout varie erga vos sunt affectu. Ex omnibus his conficiamini gradum quem vobis vestrum, & vitae, secundum quam inquam aequiffimam normam inveniatur gradus meritorum vestrorum, vestraque existimationis magnitudo. Pliceretne vobis, ut iuxta normam hanc solatia vestra pro criminibus haberentur? vestra pro amicorum incommuni sollicitudines infidiae, & proditionis existimationentur, charitas vestra pro dolo, & pietas pro hypocritis traducerentur? Quoniam vestra voluptas esset si hoc pacto aliis honorem, & laudem detraheretis? Non detrahimus, inquit, clandestinam dantaxat hac mihi phantasia fingo. Clanculum, equidem credo; ac secreta huiusmodi phantasiae sunt tamen fundamenta modi illius, quo cum aliis versamini, quod in oculo loquimini, quo de aliis diffiditis, atque contemnit. Si contemptus vestri vere secreta essent, nonne proximum sui habet ad secretam estimationem vestram quam illi denegantes propter imperitiam contempnit, nonne illis reunit, quod charitas Christiana eidem deserte vos iubet? Lex ista praecipit, ut rationibus habeatis estimationes illis, ubi eorum vobis laelidit. Nam ad non ubi eandem habere rationem, ubi periculum addit, ut illa in animo, ac mente vestra perea? Iure zeli vestri curam exigere potest, ne honorem suum inimicorum suorum improbitati detraherentur; jure igitur eandem exigere potest, ne ipsum vestris suspitionibus a fraudis. Aliter agere non soluit est proximum vestrum iudicare, S. Iacobus Apostolus inquit, est etiam iudicare, & dantebare legem charitatis praecipit, ut fratris vestri commolis, tamquam v. Abba curat, & eximii, ac reverentini. *Qui iudicat fratrem suum detrahit Legem, & iudicat legem. Pater de la Rue in Quadragesima.*

Cum Dei filius edicto cavet, ne proximum nostrum iudicemus, non prohibet publicum iudicium, quod a Magistratibus reddendum est, cuius secundum munus suum, immo neque secretum iudicium, quod singuli ferre possunt de rebus privatis, & meridianae luce clarioribus. Iudicandum est, exempli gratia, iniustitiam malam esse, & tamquam reum dammandum esse, eum, qui constat liquido illam patrafce. Sed quod a Salvatore damnatur, est iudicium temerarium, in quo valgo duo accident mala, quorum alterum fit iudicandum, alterum autem dammando. Alena enim est indigna curiositas, quae efficit ut aliena facta inquiramus. Ea quaeris, quae ad te minime pertinent, & cum tua pervideas oculis mala lippus inundis, cur in amicorum vitiis tam certis acuratum? Scire cupis quid accolarum Jomi fiat, & de factis eorum iudicium ferre. Quis es tu, ut alienum iudices servum, S. Paulus ait? Serio cogita de te; neque teas tempus ad illa; quae ad te minime spectant incumbens. In id incumbe, ut Dei iudicium praevrtas, sumque tibi proprium reddas; neque te immixtas ferendo iudicium de illis, qui non pendentia te, & supra quos nullam habes quam exercere auctoritatem. Alterum malum, quod occurrit in iudicio, quod de proximo ferimus, fit condemnando illum, & hoc plane iudicium temerarium est. Simpliciter narratula innixi, quin ullam habeamus facti, cujus alter infimulatur, certitudinem; quin ad examen eas revoceamus circumstantias, quae facti faciem mutare possunt damnatum. Actio duplicem habere potest faciem, & secreta nequitia facit, ut ex deteriori parte illam intueamur. Hoc in se neutrum est, sed quia nobis non aridet, illud in sequiorem sensum detorqueamus. Potest aliquis cum bona aequa, ac mala intentione agere, sed malam eidem appingimus. Quidam helterna die in scelere verlabatur, illum hodierna etiam contemnimus, & ignoramus, utrum vita rationem mutaverit, & utrum melior sit nobis. Denique superbia nostra, & adiam erga fratres nostros, nobis luadent, ut vitia quidem nostris

Temere de proximo iudicandi est.

Salvator verat ne privati non autem magistratus iudicarent.

G G G G 2 ex

excusemus, alienis vero minime indulgeamus. Hæc totidem peccata sunt contra fraternam charitatem; eaque puniuntur in iudicio Dei, qui non temere, nec iniuste nos est iudicaturus; quemadmodum ipsi fratres nostros iudicavimus; sed qui iudicabit nos sine misericordia, sicut ipsi fratres nostros sine misericordia iudicavimus. Quotcumque facies malas actio aliqua habeat, bonam vero unam duntaxat; secundum hanc iudicandum est. *Auctores Recentes.*

Accidit vulgo, in iudiciis quæ de proximo nostro fecimus ut excus de alio iudicet.

Matth. 7. & Luc. 6.

Iudicium temerarii fons est inordinatus amor nostrorum neminem.

Quomodo nosmet ipsos excelsus iudiciorum nostrorum temeritate.

Modus detegendi hanc illusionem.

Eiusdem argumenti.

merarium iudicium est. Sed qui non videt & non querit videre, non fallitur, quia minime iudicat. Hoc igitur consilium capiendum est, quotcumque non tenemus videre. *Idem.*

At enim a nobis minime pendet videre nec ne aliena vitia; hic necessariis est effectus objectionum, quæ spiritum nostrum afficiunt, ac in eo nonnumquam adeo vehementer efficiunt impressionem, ut nullo pacto eidem resistere valeat. Sed hoc generativum verum non est, vel potius raro accidit; paucissima enim sunt objecta, a quibus spiritus adeo excitetur, ut iudicium ferre teneatur. Opus est e contra, ut rebus considerandis vacet, & voluntariam hanc considerationem Christiana prudentia tollere debet in iis, quibus ex officio invigilandum non est, ut aliena corrigant vitia. *Idem.*

Putant iudicia temeraria tunc solum esse evitanda cum viventibus; sed cum ex humanis excellerent, patere mortalium iudicis, eo quod humana iudicia nequeunt illis amplius obesse. Quæ sententia falsissima est, non secus ac rationes, quibus ad illam suam finiendam afferuntur. Temerarium iudicium ex se malum est, quia veritati Dei adversatur; quæ ratio æque locum habet cum mortuis ac cum viventibus. Neque præterea verum est nos omnino ab illis esse divisos. Si commercium, quod hic ultro citroque exerceret, cum illis haberi desit, viget tamen vinculum, quod inquit illos, ac nos intercedit. Semper fratres nostri sunt, & eisdem corporis membra, cum ad Deum pertinent, quod est præsumendum; & tantum abest, quod nobis aliquid juris insit ad eos, quia mortui sunt, condemnandos, ut e contra multo minus hoc facere nobis liceat, quia alterius vitæ tempus proprie illud est; quo Deus suum exercet iudicium, & ibi iudicium hominum nullum profus locum habet. *Ex Tractatu de Iudiciis Temerariis.*

Ridicula est ira nostra, cum irascimur ob iudicia, & sermones, quibus nostra læditur eximatio, ignoret enim mundum, oportet, qui sepe vix, & ne vix quidem fieri posse, ut ista tollantur. De ipsi Principibus in eorum Procæritis obtrudator, illorum domesticis eos imitando iocantur. De amicis etiam obloquuntur, & honoris nobisinet veritatis bona fide illorum naturam exprimere; imo non desunt occasiones, in quibus citra crimen hoc facere licet. Quomodoque sit, certum est, mundum hoc sibi sui vindicare libere loquendi de vitis aliorum, cum absunt. Hoc alii faciunt ex improbate, alii autem simpliciter. Ridiculum igitur est credere, sibi uni parcendum esse; & si hæc iudicia vel sermones nos provocant ad iracundiam, nunquam nobis est prodeundum. Nullum enim tempus est, quo generativum certe esse possimus neminem de nobis obloqui, vel oblocutum fuisse longe aliter ab eo, quod comperimus. Sed quia iugis iracundia nimis incommodaret nobis, placet nobismet indulgere sine causa, & tunc irasci, cum nobis narrantur ea, quæ de nobis dicuntur, & illi designantur, qui nobis obtrudant. Tamen hæc narratio nihil ferre addit, & antequam ferret, ita certi eramus de nobis, & de vitis nostris detractum fuisse, ac si iam fuissemus præmoniti. Exiguus hic certitudinis gradus, quem narratio nobis facta producit, parum est, ita ut animæ nostræ statum debeat imputare. Ita quotcumque pacto spectetur illa indignatio, quam huiusmodi in occasionebus experimus, constabit semper esse ridiculam, rectæque rationi contrariam. *Idem.*

Primum quidem fere nihil erat, simplex cogitatio, simplex suspitio, imaginatio, occasio, aliæque dubitanti rationes, levia iudicia, prurigo quædam censoria nota perstringendi, nihil ultra quaritur. Hic ille est lapis, qui monte revulsus sine visibili manus alicuius ministerio aliditur in pedes simulacri auro, argenteoque nitentis, quod conteritur, atque confringitur. Eximatio hæc adeo clara, tot artibus servata, tanta cura sublata, ecce repente corruit. Vix aliquod illius vestigium apparet; aurum, argentum, æs, ferrum, argilla omnia commixta sunt. Verum quis tanti mali auctor extitit? Lapis excisus sine manibus, Danil. 7. iudicium temerarium primum quidem in privati hominis mente contentum, qui illud non potuit, dicam melius, qui noluit illud celare. Mulier illa tanta imprudentia locuta est, quanta temeritate suspicata est; nimis attentis aures nata est, an-

Eiusdem argumenti.

Temeraria iudicia evitanda.

Irascenda est ira nostra, cum obtemeraria de nobis polata iudicia, succentimus.

Mali effectus temerarii iudicii.

animos nimium credulos; ora nimis festinantia ad ea, quæ audita fuerunt revelanda; actum jam est; malum jam vulgatum est, de quo non dubitatur amplius; nulli non patet; & si illius apologia texeretur, hæc ad augendum potius; quam ad imminuendum malum conferret. *Ex Dictionario morali.*

Temerarium iudicium levis, & iniustitia.

Ad levitatem, & iniustitiam peroratumque mortalium agnoscentiam, satis est animadvertere, cum præditi sunt quibusdam ornamentis, quæ Mundi Ordo iudicibus adnexuit, cum in statum locum congregati sunt, & cum rite proponuntur, & pertrahuntur argumenta, plerumque illos æque, & sapienter operari. Sermones alterius partis nullam efficiunt in eorum animis impressionem, nisi neciat, quid alteri reponendum sit; serio ad examina revocant singulas probationes, rejiciunt illas, quæ sunt falsæ, vel incertæ, locum præbent elevandis testium depositionibus, iisque solum imorantur, quæ reprehendunt, & refelli non possunt; & nunquam declarant aliquem eorum criminum, quæ ipsi obijciuntur, fontem, nisi omnino id fuerit evidum. Solut probatorum defectus illis satis est, ut rerum salutaris litera dimittant, & actionem condemnent. Et si quando ipsi in aliqua ex his formis deficiant, se ipsos temeritatis, & iniustitiz nomine redarguunt. Sed cum aliquis privatum sine potestate, & sine auctoritate iudicatur, longe alia ratione operatur. Quotcumque sufficit probatio, quævis auctoritas bona est, quilibet testis admittitur, & secundum narrationem simplicem testium præoccupatum animam habentium, rudium, & levium quin sibi religioni vertant scelerum omnium reos esse declarabunt, quæ illis alii per nequitiam vitio vertere voluerint. *Tractatu de Delationibus.*

Deus falsa iudicia iudicabit, quæ ipsi in favorem nostrum protulimus.

Psalm. 74.

Ad Rom. 2.

Matth. 22. 3.

Deus refutabit falsa iudicia lata contra nos.

Psalm. 144.

Considerare nos possimus neque in iudiciis quæ de nobis ipsi facimus, neque in iis, quæ ab aliis de nobis fiunt.

Periculosum est de fratre nostro, quem intentione ferre iudicet.

Sanctus Rex David in primo Psalmorum suorum dicit. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. & in cathedra pœnitentiæ non sedit. Laudatus Propheta supponit fas esse iudicare illos, quorum vita criminosa, & nequitia comperta, & explorata est, ut illi vitentur, & omnis cum illis inita consecutus tollatur. Queramus ergo sensum verborum Domini. Nolite iudicare, nolite condemnare.* Hunc nobis aperit S. Augustinus. Primum dicit, Deum vetare, ne de fratre nostrorum intentionibus iudicemus, quæ nobis compertæ non sunt. Vult Deum, ubi proximi nostri factam in utramque partem explicari potest, & nobis potius benigne de illo iudicare, quam nostram sequi improbitatem, quæ nos ad damnandum impellit. Ita Sanctus Paulus capite decimo quarto Epistolæ suæ ad Romanos nolebat eos iudicari, qui cum adhuc haberent mordicus ritibus legis antiquæ omnibus carnium generibus vesci nolebant. Volebat Paulus benignam appingi interpretationem factæ, quod culpa vacare poterat, & illud condemnantibus dicebat: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Annus Evangelicus Lambert. Tomo 3.*

Sanctus Augustinus ait, Deum nos iudicare prohibentem, nolite a nobis propria auctoritate damnari illum, quem in peccatis occalescere videmus, quasi nulla eidem speranda esset misericordia. S. Paulus hoc modo interpretatur præceptum Salvatoris Mundi; nolite iudicare, cum in prima ad Corinthios Epistola inquit: *Nolite ante tempus iudicare quoadvisque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Iudicare fratrem suum est exercere. Hoc unum Ens sapientum scientia sua penetrat corda nostra, scrutatur abditissimos nostrorum conscientiarum sinus. O vos qui omnia condemnatis quidquid a conceptu vestro alienum est, qui velitis omnia ad arbitrii vestri normam ferre componere, qui ex vobismetipsis de aliis ferentes iudicium, creditis omnes homines personam gerere; vos qui proximum vestrum discerpitis, qui indefinenter vitam ejus corripitis, qui improbe omnes illius actiones interpretamini, qui illius consilii omnem nequitiam appingitis, cui pares illos putatis, vos damnat Jesus Christus cum ait, nolite iudicare. *Idem.*

Quomodonomam merces, quam nobis Dominus pollicetur cogitationum nostrarum improbitatem, & iudiciorum præceptum propeationem non prohibet? Nolite iudicare, & non iudicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini. A quo vero condemnabimini? Num ab hominibus? Non ita. Christianus non expectat in terris bonorum operum suorum mercedem. Homines iniusti ne integerrimis quidem & pacatissimis parcunt. Jesu Christi ipsa innocentia lævissimis patuit iniuriis. In Dei omnipotentis iudicio non damabitur ille, qui non iudicaverit fratrem suum. Bone Deus, quam magnificæ sunt promissiones tue! Ego nullam habeo in homines auctoritatem. Divinitas tua omne genus potestatis tribuit in me, & coram te non sum nisi pulvis, & cinis. Licet aliqua mihi auctoritas esset in fratre meum, cum sim illo fortasse nocentior, qua fronte in illum auderem exercere iudicium? Sed tu, Deus, ipsissima es innocentia, & puritas. Tu iudicas iustitias, & angelis quoque tuis labem invenis. Attamen Deus, quia fratrem meum non iudico, armis exuo brachium tuum, teque cogo, damnationis sententiam, quam jure meritis tuis antiquare. *Lambert in anno Evangelico Tomo 3.*

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Hæc propositiones duplicem sensum habere. Qui dicit nolite iudicare, & non iudicabimini, dicit etiam si iudicaveritis, iudicabimini; si damnaveritis, vos damnabimini. Condemnantes fratres vestros, vosmetipsos condemnabitis. Atollitis contra vos severum tribunal, cogitis iudicem vestrum, ut si æque severus ac districtus in vos, ac vos fuisset in alios. Quam plena virtute sunt Salvatoris mandata! Sunt fons felicitatis obsevantiibus illa, sunt fons infelicitatis illa contemnentibus. Qui in aliis iudicandis parcus est, congerit sibi thesaurum misericordiz; qui vero te duci finit morosi ingenij sui levitate, congerit sibi in diem iudicii thesaurum. *Idem.*

Severum iudicium, quod ipsi ferimus in fratres nostros oriri non potuit ex charitate compatiendi, sed

Idem; sed licet forte illud in eos qui palam pravam tradunt doctrinam.

Ipsi etiam peccatores nequitissimi condemnandi non sunt, hoc enim est Dei misericordiam coarctare.

1. Cor. 5. non iudicabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

Nobis de nullo iudicandum est ne ipsi iudicemur. Luc. 6. 37.

Duplicem sensum qui in his verbis continetur; nolite iudicare, & non iudicabimini.

Temerarii iudicii inhumanitatis, sed

sed ex crudeli humanitate. Homo hic extrinsecus quidem videtur amicus; sed agit tamquam inimicus...

Dei unius est judicare, & homo judicans usurpat jus Dei. Hoc est crimen, quod contra Dei auctoritatem committit, & hac potissima est ratio, propter quam proximus a nobis judicandus non est...

Cam judicia temeraria sunt, recens illis accidit nequitia; quippe loquuntur charitatem, in qua Evangelicæ legis perfectio consistit. Si actiones sunt ambigue, cur eas in deteriori sententia torquetis?

Infamia, quam homo facit Deo...

Judicium temerarium non nequitia...

Judicium temerarium est contra legem naturæ...

lemus. At quis ex vobis est, qui velit de actionibus suis ferri iudicium, sicuti ille de alienis audeat judicare?

Judicium temerarium plerumque oritur ex secrete superbia. Nosmet facile proximo nostro preterimus; cumque inferuere actionem aliquam nostris præstantioribus...

Math. 7.

Superbia fontis temerarii judicii.

1ad Cor. 5.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Systemata.

I. Postquam affirmaveris in animo tibi non esse quamlibet juramenti speciem, & qualibet occasione adhibitam condemnare, multo minus veteres Patriarchas, sanctosque antiquos, recentisque legis viros improbare...

Pro prima conditione, que veritatem in juramento requirit, primum quod lex in juramento condemnet, est falsitas. Hujus rei afferenda sunt argumenta; eum videlicet, qui ita jurat, omnia Dei jura perstringere, vel illum in omnibus ejusdem perfectionibus læsere...

Conditio altera, quam in juramento Deus exigit, est iustitia; Jurabis in veritate, & in iustitia. Hoc est, non satis est, rem, que asseritur veram esse, vel fidem præitari eorum, que promissa fuerunt; verum iustum requiritur, ut quod te facturum polliceris, eorum sit vel saltem nulli legi contrarium...

Tertia tandem conditio, que in juramento ad hoc, ut liceat, exquiratur, iudicium est, & prudentia. In veritate, & in iustitia, & in iudicio. Videlicet ut pro rebus magni momenti, non autem tenuibus, & negatoris sit; Dei quippe nomen in hujusmodi rebus adhibere, idem est, ac illud pollere. Ubi ostendi potest; 1. contemptum Divinæ Majestatis, cum citra necessitatem juratur...

II. nulla cedit utilitas. 2. Esse peccata enormia, peculiariter impietatis characterem gerentia, quandoquidem recta Deum ipsum, & in ipsa persona læssunt, ideoque magis explicitum, apertumque divinæ Majestatis contemptum complectuntur.

Juramentum, atque blasphemia sunt. 1. criminum omnium impudentissima; sine verecundia, ac metu divinæ Majestatis, que passim, & qualibet in occasione in testimonium accersitur, perpetratur.

Fieri quoque potest concionis partitio ex præcedentibus duabus composita, in juramento, vel blasphemia tres offendendi circumstantias, que peccatum quidem gravius, peccatorem vero nocentiorum efficiunt.

1. Adefectata nequitia est; neque enim per infirmitatem, aut ignorantiam, vel ob speratam aliquam utilitatem, sed per insanam vanitatem, apertamque impietatem juratur; & si juras iratus, cur irasceris Deo? Hoc juramentum, hoc blasphemia malo, vel detrimento, quod inde percepti, medetur?

In breviori sermone ostendi quoque potest; 1. Blasphemiz, & juramenti turpidum ex his circumstantiis, que hæc peccata Deo, & mortalibus permolesta faciunt. 2. Mala visibilia, & invisibilia, que ad blasphemos, atque pejerantes irruunt.

Prima causa est cordis corruptio, quemadmodum ipse ait Jesus Christus: De corde exiunt cogitationes male, falsa testimonia, blasphemiz. Et alibi: Ex abundantia cordis eius loquitur.

Altera juramentorum, verborumque Deum, ac Religionem dedecorantium causa infelix est jurandi consuetudo, que in terris præcrebuit, & habitus, quem plures contraxerunt; altera quippe sit, ut credatur mos hic esse imitandus, & hæc procausissima loquendi ratio, quam irreligiosi homines, affedant; altera vero, ut per contractum habitum ita assuefactus, ut opportune, importune in singulari verba, & iere sine ulla consideratione juremus.

Tertia est peccati huius impunitas propter defectum Magistratum, qui oscitantur contendunt, ut divinæ, humanæque leges ferventur. Verum, si qui polent auctoritate suo æquum muneris hac in re; Deum, qui semper severissimas poposcit penas ex illis, qui blasphemias evomere, gravissimos iustitiz læe effectus exeret in eos, qui illas & proferunt, & patiuntur.

De Blasphemia dici potest, quod S. Bernardus inquit de obtræctione, quandoquidem ex S. Augustini sententia blasphemia est detractio de Deo, sanctique rebus facta: Grande vitium detractio, grande peccatum detractio, grande crimen detractio.

1. Grande vitium est habitus, & consuetudo jurandi, & blasphemandi; grande peccatum est blasphemia, & prophanatio divini nominis, quod per

JURAMENTUM.

Perjurium, Blasphemia, Imprecatio.

MONITUM.

Etiam si hæc peccata inter se differant, & alia aliis graviora sint, illa tamen hoc in loco faciendum, eorum exemplum secuti, qui de illis verba fecere; seu quod omnia sub eodem genere continentur tamquam variaz juramentorum species, seu quod ab uno ad aliud facilis transitus patet. Quamobrem quidquid ad hoc pertinet argumentum sub eodem jurisjurandi titulo complectemur.

Animadvertendum est tamen hoc in loco non agi de illa jurisjurandi specie, quod fit spiritu Religionis, ac sensu reverentia erga Dei majestatem...

Hic igitur dumtaxat sermo est de juramento, quod lege Dei prohibetur deque omnibus ejusdem speciebus, que sub eodem præcepto continentur; Non jurabis; quævis obiter, ac per transiendum accidere possit sermo de iurjurando, quod permittitur...

Denique si Concionator ut sese magis intelligibilem, ac popularem præbeat, explicare velit varias juramentorum, ac blasphemiarum species, quas impij ira furentes, madidique mero, immo etiam in communibus sermonibus evomunt, non ita facile eas debet enuntiare, sed illis vocibus dumtaxat indigitare, que illarum cognitionem adstruant, ac omnem imitantium horrorem, quem diabolicus hic sermo meretur.

III

III

IV

V

VII

VII

Math. 7.

Malac. 2.

VII.